Fragmentarium

ex filiis asom. cananeus. mathathi
as. et banius. et elifalath. et manas
ses. et semei. Et ex filiis banni ieremi
as. et moodias. et abram. et iohel. et
baneas. et peliaas. et ionas. et marimo
th. et eliasib. et mathaneus. et eliasi.
et ozias. et dielus. et samedius. et sam
bris. et iosephus. Et ex filiis nobei. i
edius. et mathathias. et sabadus. et
zecheda. seoni. et iessu. baneas. Omnes
isti coniunxerunt sibi uxores alienigenas.
et dimiserunt eas cum filiis. Et in
habitaverunt sacerdotes et leuite. et qui erant
ex israel in ierusalem. et in tota regione
xxvii
uana nouilunio mensis septimi.
Et erant filii israel in commoratio
nibus suis. Et congregata est
omnis multitudo simul in aream que
ab oriente porte sacre. Et dixerunt
hesdre pontifici et lectori ut afferret
legem moysi. que tradita est a domino deo
israel. Et attulit hesdras pontifex le
gem omni multitudini eorum a uiro
usque ad mulierem. et omnibus sacerdotibus
audire legem. nouilunio mensis septimi.
Et legebat in area que est ante sacrum por
tam templi. a prima luce usque ad uespe
ram coram uiris et mulieribus. Et dederunt
omnes sensum ad legem. Et stetit esdras
sacerdos sacerdos et lector legis. super
ligneum tribunal quod fabricatum
erat. Et steterunt ad eum mathathias
samus. ananias. azarias. urias. eze
chias. ad dexteram. et ad sinistram. falde
us. misahel. malachias. abustasab
nabadias. et zacharias. Et assumpsit
esdras librum coram omni multitudine. presi
debat enim in gloria in conspectu omnium. Et
cum absoluisset legem. omnes recti steterunt
Et benedixit esdras dominum deum altissimum
deum sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis
populus. amen. Et eleuatis sursum manibus
procidentes in terram adorauerunt dominum.
ihesus. et banaeus. et sarabias. et iadin
et accub. et sabatheus. et calitees. et azari
as. et iozabdus. et ananias. et filias le
uite qui docebant legem domini. et in multi
tudine legebant legem domini et preferebant
singuli eos qui intelligebant lectionem.
Et dixit attarates esdre pontifici et lec
tori. et leuitis qui docebant multitudinem.
dicentes. Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant.
cum audissent legem. Et dixit hesdras. In
gressi ergo manducate pinguia quaeque
et bibite dulcissima quaeque. et mittite mu
nera his qui non habent. Sanctus est enim hic dies
domini. Et nolite mesti esse. dominus enim clarifica
bit uos. Et leuite denuntiabant in publi
co omnibus. dicentes. Dies hic sanctus est. nolite
mesti esse. Et abierunt omnes manducare et
bibere et epulari. et dare munera his qui non
habent ut epularentur. Magnifice enim sunt exal
tati. in uerbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt
uniuersi in ierusalem celebrare letitiam. secundum
testamentum domini dei israel. Explicit liber tertius
esdre. Incipit prefatio sancti ieronimi presbiteri.

Cromatio in libro tobie.

Chromatio et heliodoro episcopis. ieronimus
presbiter in domino salutem. Mirari
non desino. exactionis
uestre instantiam. Exigitis
enim ut librum chaldeo sermo
ne conscriptum. ad latinum stilum traham.
librum utique tobie quem hebrei. de catha
logo diuinarum scripturarum secantes
his que agiographa memorant manci
parunt. Feci satis desiderio uestro. non tamen
meo studio. Arguunt enim nos hebreorum
studia. et imputant nobis contra suum canonem
latinis auribus ista transferre. Sed melius esse
iudicans phariseorum displicere iudicio.
et episcoporum iussionibus deseruire. institui ut po
tui. Et quia uicina est chaldeorum lingua
sermoni hebraico. utriusque lingue peritis
simum loquacem repperiens. unius diei la
borem arripui. et quicquid ille mihi hebraicis uer
bis expressit. hoc ego accito notario sermo
nibus latinis exposui. Orationibus uestris mercede
de hoc opusculo compensabo. cum gratum uobis didice

ro. me quod iubere estis
dignati complesse.
Explicit prefatio.
Incipit liber tobie.
TOBIAS ex tribu
et ciuitate neptali
que est in superioribus

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30, (seq. 19) – Bible in the Latin Vulgate version (https://fragmentarium.ms/view/page/F-fi0z/1118/15800)